



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum peccatum consistat principaliter in actus voluntatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



AN SEXTVM dicendum, qd illius actus cuius manus aliqis vteretur ad occidendum, esset qd actus inordinatus: sed nō haberet rōnem culpæ, nisi p cōparationem ad illum qui vtitur alterius manu. Et simili ter actus exterior membri habet deformitatem, sed non habet rationem culpæ: nisi per hoc qd est a voluntate. vnde si essent duæ personæ voluntas & manus, manus non peccaret: sed voluntas peccaret non solum per actum proprium qui est velle: sed etiam per actum manus qua vtitur. Nunc autē vnus homo est cuius est vterque actus, & pro vtroque punitur. Et p hoc patet solutio ad septimum.

AD OCTAVVM dicendum, qd si quaratur vtrū tm peccet, qd sola voluntate peccat, quantum, qui peccat voluntate & actu, dicendum est qd hoc pot continere dupliciter, vno modo ita qd sit æqualitas ex parte voluntatis: alio modo ita qd nō sit æqualitas. Contingit autē inæqualitas voluntatis esse tripliter. Vno modo fm naturam, puta si aliquis vno motu voluntatis vult peccare, & cum non habeat opportunitatē transit voluntatis motus. In alio autem qui primo habet motum voluntatis, postmodum opportunitatem habens iteratur voluntatis actus. Et sic est in eo duplex mala voluntas, vna sine actu, & alia cum actu. Alio modo potest attendi inæqualitas quantum ad modum, puta si vnus habes voluntatē peccandi, sciens se non habere opportunitatem, desistit a tali motu voluntatis: alius autem sciens se habere facultatē peccandi cōtinuat voluntatis motum quousq; ad actum perueniat. Tertio modo cōtingit inæqualitatē voluntati esse quantum ad intentionē: sunt enim aliqui actus peccati delectabiles, in quibus voluntatis augetur quasi remoto frano rōnis, quæ ante actum aliquatiter remurmurabat. Qualiter cumque aut sit inæqualitas voluntatis, est inæqualitas peccati. Si autē sit omnino æqualitas ex parte voluntatis, sic distinguendum videt in pō sicut in merito. Qui n. habet voluntatē dandi eleemosynā & non dat, quia nō habet facultatem tantundē meret, quantum si daret per cōparationē ad p̄mum essentialē, quod est gaudiū de Deo, hoc enim p̄mum r̄ndet charitati qd ad voluntatem pertinet, sed per cōparationem ad p̄mum accidentale, quod est gaudiū de quoēque bono creato, magis meretur qui nō solum vult dare, sed dar. Gau debet enim nō solum, qd dare voluit: sed quia dedit, & ex oibus bonis qd ex illa datione peruenerunt. Et similiter si cōsideretur quantitas demeriti p cōparationē ad penā essentialē, qd cōsistit in separationē a Deo & dolore exinde proueniēte, nō minus demeret qui sola voluntate qd qui voluntate & actu peccat, qd hæc penā est contēptus Dei, qui respicit voluntatē: sed quantum ad penā secundariam qd est dolor de quoēcumq; alio malo, sic magis demeret qd actu & voluntate peccat. habebit enim dolorē non solum de eo quod male voluit: sed et de eo qd male fecit, & de omnibus malis qd de eius maleficio p uenerunt. Vnde & penitens qui penā futuram penitendo p̄uenit, de omnibus talibus dolet. Quod ergo dicit, qd quantum additum quanto, facit maius, intelligendum est vbi vtrumq; dicit quantum secundum eandem rationem: sed vbi vnum est rō alterius qd sit quantum, hoc non oportet: sicut si lignum est longum, erit linea longa, nec oportet quod lignū cum linea sit longius quā linea, quia linea est rō lōgitudinis ligno, sicut et dicitur est quod actus exterior habet rationē culpæ ab actu voluntatis. Quod

vero dicitur quantum intendis tm facis, hēt locum in malis: quia si aliquis intēdat peccare mortaliter, etiam si cōmittat actū qui de genere suo est peccatum veniale vel nullum, mortaliter peccat, quia cōscientia erronea ligat. Si vero aliquis intēdat opus meritorium facere cōmittēs aliquid qd de genere suo est peccatum mortale, non meretur, quia cōscientia erronea non excusat. Si tm sub intentione comprehendatur, non solum intentio finis: sed voluntas operis, sic verum est in bono & in malo, qd quantum aliquis intendit tantū facit. Qui enim vult occidere sanctos, ut obsequiū p̄stet Deo, aut qd vult facere furtum, ut det eleemosynam videtur quidē hēre intentionē bonā: sed voluntatē malā. Et pp hoc si sub intentione et voluntas comprehendatur, vt totum intentio nominetur, erit etiam intentio mala.

AD NONVM dicendum, qd nullus meret, nec demeretur pro habitu: sed pro actu. vnde contingit, qd aliquis est sic fragilis qd si tentatio sibi superueniret, peccaret, qui tamen si tentatio nō superueniat, actu non peccat. Nec pp hoc demeretur, quia ut Aug. dicit, non punitur aliquis a Deo pro eo qd facturus esset, sed pro eo quod facit. licet ergo oportunitatem peccati hēre vel non habere, non sit in potestate peccantis, tamen vti oportunitate habita vel non uti, est in potestate ipsius. Et ex hoc peccat & peccatum eius augetur.

AD X. dicendum, qd oē peccatum non est in aliis actibus, nisi in quantum sunt a voluntate, pp hoc per peccatū principaliter, priuat id qd est in voluntate.

AD XI. dicendum, qd oē quod comparatur ad alterum ut ratio eius, se hēt ad ipsum sicut forma ad materiam: vnde ex duobus fit unū, sicut ex materia & forma. Et pp hoc color & lumē sunt vnum visibile, quia color est visibilis pp lumen. Et similiter cum actus exterior hēt rationē peccati ab actu voluntatis, idē peccatū est actus voluntatis, & actus exterior coniunctus: sed si aliquis primo velit tm, & postea volens faciat, sunt duo peccata: quia iterat voluntatis actus. Quādo autem ex duobus fit vnū, nihil prohibet illorum duorum vnū alterius causam esse. Et sic actus voluntatis, est actus exterioris causa: sicut & actus superioris virtutis est causa actus inferioris, & semper formaliter se habet ad ipsum.

AD XII. dicendum, qd in vtroq; actu interiori, & exteriori cōsistit deformitas peccati: sed tamē vna deformitas est vtriusque quod ideo est, quia in vno eorum causatur deformitas ex alio.

AD XIII. dicendum, qd in essentia actuum exteriorum dicitur nulla consistere iustitia: quia actus exteriores non pertinent ad genus moris, nisi secundum quod sunt voluntarij.

AD XIII. dicendum, quod reatus, id est obligatio ad poenam est quidam effectus consequens ad peccatum. vnde cum dicitur, quod peccatum transit actu, & manet reatu, idem est ac si diceretur, quod trāsit per suam essentiam, & manet in effectū.

ARTICVLVS III. *Vtrum peccatum principaliter consistat in actu voluntatis.*

TERCIO, queritur utrum peccatum principaliter consistat in actu voluntatis. Et videtur, qd non. Denominatio n. fit a principali, ut dicitur secundo de Anima. Sed peccatum denominatur ab exteriori actu, ut cum dicitur furtum vel homicidium. Non ergo peccatum principaliter consistit in actu voluntatis.

Quæst. dif. S. Thomæ. O 4 ¶ 2 Præf.

In II. de præf. sanctiorum. c. 13. & de bono p̄f. c. 10. in princ. 7.

D. 479.

D. 255.

D. 255.

Lib. 2. c. 6. 49. tom. 2.

In copy art.



¶ 2 Præ. Actus voluntatis non potest esse malus, quia ipsa potentia voluntatis bona est, nec potest arbor bona fructus malos facere, ut dicitur Matth. 7. ergo peccatum non consistit principaliter in actu voluntatis.

Ex cap. 7. & 29.

¶ 3 Præ. Ansel. dicit in lib. de Casu diaboli. Non est malum motus voluntatis, sed voluntas vel mouens voluntatem. Motus autem voluntatis est actus ipsius, ergo peccatum non consistit principaliter in actu voluntatis.

Li. 1. de lib. arbit. c. 2. Glof. in ead. n. 1. ubi dicitur quod inhabitat in me peccat.

¶ 4 Præ. Que necessitate fiunt, non fiunt voluntate: sed Aug. dicit, quod quedam necessitate facta, sunt in probanda, & ita sunt peccata. Non ergo principaliter peccatum in uoluntate consistit.

¶ 5 Præ. Romanorum 7. dicit Glo. quod omne peccatum est ex concupiscentia, quae quidem non est in uoluntate sed in vi concupiscenti. Non ergo peccatum principaliter consistit in uoluntate.

¶ 6 Præ. Infectio potentiarii animae non est, nisi per peccatum. sed dicitur quod concupiscentia inter alias vires est maxime infecta, ergo in ea principaliter consistit peccatum, non ergo in uoluntate.

¶ 7 Præ. Potentia appetitiue consequenter se habet ad apprehensiuas, sed apprehensiuæ intellectiuæ partem accipiunt ab apprehensiuis partem sensitiuæ, ergo & appetitiuæ superiores ab appetitiuis inferioribus, & sic peccatum per prius uidetur consistere in actu appetitiuæ in inferioribus, quæ est irascibilis, & concupiscentis, quam in actu voluntatis.

Li. 1. com. 6. non longe a fine tom. 6.

¶ 8 Præ. Propter quod unumquodque & illud magis, ut dicitur in primo Posteriorum: sed actus uoluntatis est malus, quia actus exterior est malus. Ideo enim uelle furari est malum, quia furari malum est. Non ergo per prius est peccatum in actu uoluntatis.

¶ 9 Præ. Voluntas tendit in bonum sicut in suum obiectum, unde semper est uel ueri boni, & tunc non est peccatum, uel apparentis boni non existentis, & tunc est peccatum: sed quod apparet aliquid bonum non existens, est ex uicio intellectus, uel alterius apprehensiuæ uirtutis. Non ergo principaliter consistit peccatum in uoluntate.

Lib. 1. c. 3. circa fine, tom. 1.

SEPTENTRIONEM est, quod August. dicit in lib. de liber. arbit. Certum est in omni malefaciendi genere libidinem dominari: libido autem ad uoluntatem pertinet, ergo principaliter peccatum in uoluntate consistit.

Idem 1. c. 3. 2. art. 1.

RESPON. Dicendum, quod quedam peccata sunt, in quibus actus exteriores non sunt secundum se mali: sed scilicet quod ex corrupta intentione uel uoluntate procedunt, puta cum quis uult dare elemosinam, propter inanem gloriam, & in huiusmodi peccatis manifestum est quod omnibus modis peccatum principaliter consistit in uoluntate. Quedam autem peccata sunt in quibus exteriores actus sunt secundum se mali, sicut patet in furto, adulterio, homicidio, & similibus, & in istis duplici distinctione opus esse uidetur. Quarum prima est, quod principaliter dicitur, scilicet primordialiter & completiue. Altera distinctio est, quod actus exterior dupliciter considerari potest: uno modo secundum quod est in apprehensione secundum suam rationem: alio modo secundum quod est in operis executione. Si ergo consideretur actus secundum se malus, puta furtum uel homicidium, prout est in apprehensione secundum suam rationem, sic primordialiter in ipso inuenitur ratio mali: quia non est uestitus debitis circumstantiis, & ex hoc ipso, quod est actus malus, id est, prius debito modo, specie, & ordine, habet rationem peccati. Sic enim in se consideratus comparatur ad uoluntatem, ut ob-

iectum, prout est uoluntas. Sicut autem actus sunt per se potius, ita & obiecta actibus: unde primordialiter inuenitur ratio mali & peccati in actu exteriori sic considerato, quam in actu uoluntatis: sed ratio culpæ & moralis mali completur secundum quod accedit actus uoluntatis, & sic completiue malum culpæ est in actu uoluntatis: sed si accipiatur actus peccati secundum quod est in executione operis, sic primordialiter & per prius est culpa in uoluntate. Ideo autem dicitur per prius esse malum in actu exteriori, quam in uoluntate, si actus exterior in apprehensione consideretur e conuerso autem si consideret in executione operis, quia actus exterior comparatur ad actum uoluntatis, ut obiectum quod habet rationem finis. Finis autem est posterior in esse, sed prior in intentione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actus habet speciem ab obiecto. Et propter hoc peccatum denominatur ab actu exteriori secundum quod comparatur ad ipsum ut obiectum.

AD SECVNDVM dicendum, quod uoluntas secundum suam naturam est bona, unde & actus eius naturalis semper est bonus, & dico actum naturalem uoluntatis, prout homo uult felicitatem naturaliter, esse, uiuere, & beatitudinem. Si autem loquamur de bono moralis, sic uoluntas secundum se considerata necesse est bona, nec mala, sed se habet in potentia ad bonum uel malum.

AD TERTIVM dicendum, quod Ansel. loquitur quando actus exterior est secundum se malus. tunc enim motus uoluntatis accipit rationem mali ex motu, id est, ex ipso actu in quantum est obiectum.

AD QVARTVM dicendum, quod necessitas coactionis absolute repugnat uoluntario, & talis necessitas omnino excludit culpam. Est tamen quedam necessitas in uoluntario, puta cum nauis cogit merces in mare proijcere, ut uideat submersiorem nauis. Et ea quæ ex tali necessitate fiunt, possunt habere rationem culpæ, in quantum habent aliquod de uoluntario. Sunt enim huiusmodi facta magis uoluntaria, quam inuoluntaria, ut Philosoph. dicit in 3. Ethico.

AD QVINTVM dicendum, quod quandoque sub inordinata concupiscentia est uoluntas includitur, sed si accipiatur concupiscentia est secundum quod pertinet ad uicium concupiscentem, peccatum dicitur oriri ex concupiscentia, non quod in ipsa concupiscentia sit principaliter peccatum: sed quia est in circuitum ac peccatum. Principaliter autem est peccatum in uoluntate, secundum quod male concupiscentia consideratur.

AD SEXTVM dicendum, quod concupiscentia dicitur esse maxime infecta, quantum ad transiuntium nem peccati originalis a parentibus in posterum, sed hæc ipsa infectio processit ab inordinata uoluntate primi parentis.

AD SEPTIMVM dicendum, quod actus apprehensiuus nobis qui scientia a rebus accipimus, est secundum motum rebus ad animam, uiciniores autem sunt rebus sensibilibus, sensus, quam intellectus. Et ideo sequitur sicut sensus recipit a rebus sensibilibus, ita intellectus a sensibus. Actus autem appetitiue uirtutis est secundum motum ab anima ad res: & ideo e conuerso motus appetitiue uirtutis procedit motus ad rebus, ut dicitur in tertio de Anima.

AD OCTAVM dicendum, quod actus exterior dicitur malus propter actum exteriorem, sicut propter actum: tamen culpa completur in actu interiori.

AD NONVM dicendum, quod id quod non est uere bonum, apparet bonum dupliciter: quandoque quod est ex uicio intellectus, sicut cum habet falsam opinionem aliquam.



aliquis de aliquo agendo, ut patet in eo qui purat fornicationem non esse peccatū, uel etiā in eo qui non habet uſum rōnis. Et talis defectus ex parte intellectus proueniens diminuit culpam, uel totaliter excuſat. Aliqñ autem non eſt defectus ex parte ipſius intellectus, ſed magis ex parte uoluntatis. Quas. n. eſt unusquiſque, talis & finis uidetur ei, ut dī 3. Ethic. Experimento. n. cognofcimus, qd aliter ſi nobis bonū aliquid, uel malum circa ea, quæ amamus, & ea quæ odimus. Et ideo cum aliquis eſt inordinate affectus ad aliquid, impeditur iudicium intellectus in particulari eligibili ex inordinata affectione. Et ſic principaliter uitii eſt, non in cognitione, ſed in affectione. Et ideo qui ſi peccat, non dicitur ex igno- rātia peccare, ſed ignorans, ut dī in tertio Ethico.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnis actus ſit indifferens.

QVARTO quaeritur, utrum oīs actus ſit indifferens. Et uidetur qd ſic. Dicit enim Anſelm. in libr. de Conceptu uirginali. In horum, id eſt, actuum eſſentia nulla eſt iniuſtitia, & eadem ratione nulla iniuſtitia: Sed ille actus dicitur indifferens in quo neque eſt iniuſtitia neque iniuſtitia. ergo omnes actus ſunt indifferentes.

¶ 1. Præ. quod eſt ſecundum ſe bonum, non poteſt eſſe malum: quia quod per ſe ineſt alicui, ineſt ei ex neceſſitate. ſed non eſt aliquis actus qui non poſſit male fieri, etiam hoc ipſum quod eſt Deum diligere, ut patet in eo qui diligit Deum propter temporalia. ergo nullus actus eſt ſecundum ſe bonus, & pari ratione neq; ſecundum ſe malus. Omnis ergo actus ſecundum ſe eſt indifferens.

¶ 2. Præ. Cum bonū & ens conuertantur, ab eodē habebit aliquid qd ſit bonum, & qd ſit ens, ſed actus habet eſſe morale a uoluntate: ſi enim non ſit uoluntarius non eſt actus moralis. ergo & bonitatem moralem & malitiam habet a uoluntate, ergo ſecundū ſe neque eſt bonus neque malus, ſed indifferens. Sed dicendum, qd licet actus habeat, qd ſit moralis in quantum eſt uoluntarius, quod eſt quoddam cōmune: tamen hoc ſpeciale, quod eſt eſſe bonū uel eſſe malum, habet ſecundum ſe.

¶ 3. Sed cōtra, bonū & malū ſunt differentia actuum moralium: ſed differentia per ſe diuidunt genus, & ſic oportet qd nō ad aliud referatur differentia quā genus. Si ergo hoc eōdē qd eſt eſſe morale habet actus a uoluntate, ab eadem etiam uoluntate habebit qd ſit bonus uel malus: & ſic ſim ſe eſt indifferens.

¶ 4. Præ. Actus moralis dī bonus, in quantum eſt debitus circumſtantis ueſtitus, malus autē in quantum ueſtitus indebitis circumſtantis: ſed circumſtantia cum ſint accidentia actus, ſunt præter ſpēm ipſius. cū ergo illud dicatur alicui ſecundū ſe conuenire, qd eō uenit ei ſecundum ſuam ſpeciem, uidetur qd actus ſecundū ſe nec ſit bonus nec malus, ſed indifferens.

¶ 5. Præ. Sicut album & nigrum inuenitur in eadem ſpē hominis, ita bonum, & malum in eadem ſpecie actus. Nō enim differt ſpecie accedere ad ſuam, & nō ad ſuā, qd ex effectu apparet, utrobique enim naſcitur homo: & tamen unum eorum eſt bonum aliud malum. ſed album, & nigrum non per ſe conueniunt homini. ergo neque bonum & malum per ſe conueniunt actui, & ita omnis actus ſecundum ſe conſideratus eſt indifferens.

¶ 6. Præ. Ea quæ p ſe inſunt, nō uariantur circa aliquid idem numero, ſicut non eſt idem numerus par & impar, ſed unum & eundem actum numero

A contingit eſſe bonum & malum: eſt enim vnus numero actus qui eſt continuus. In actu autem continuo contingit primo bonum, & poſtea malum inueniri, aut econuerſo: puta ſi aliquis incipiat ire ad eccleſiam ex mala intentione, & in proceſſu itineris conuertatur eius intentio in bonum. ergo bonum & malum non per ſe conueniunt actui, & ita quilibet actus de ſe eſt indifferens.

¶ 7. Præ. Malū in quantum malū, eſt nō ens: ſed nō ens nō pōt eē de ſubſtantia alicuius entis. ergo cū actus ſit quoddā ens, nō pōt aliq; actus ſim ſe eē malus, & p cōſequēs nec bonus: quia bonus actus malo cōtrariā: cōtraria aut ſunt vnus gñis. ergo idē qd prius.

¶ 8. Præ. Actus bonus dī uel malus, ex ordine ad finē: ſed actus nō accipit ſpecie a fine, quia ſic quoſcūque actus contingeret eē eiufdē ſpeciei, cū diuerſos actus ad vnū finē ordinari cōtingat. ergo malum & bonū nō pertinet ad ſpecie actus, & ſic actus ſim ſe cōſiderati nec ſunt boni nec mali: ſed indifferentes.

¶ 9. Præ. Bonum & malum non ſolum in actibus inueniuntur, ſed etiam in alijs rebus: in alijs autem non diuerſificant ſpeciem. ergo neque in actibus, & ſic actus ſecundum ſe non ſunt boni nec mali.

¶ 10. Præ. Actus morales boni, dicuntur actus uirtutis ſi actus autē mali, actus uitioſi: uirtus autē & uitium ſunt in genere habitus. ergo qd actus ſit bonus uel malus, hēt ex alio genere, & nō ſecundum ſe ipſum.

¶ 11. Præ. Prius nō depēdet a proprietatibus poſterioris: ſed actus eſt prior naturaliter, quam moralis, quia oīs actus moralis eſt actus, ſed nō cōuertitur. Cū ergo bonū & malū ſint pprietates moris, non ſecundum ſe cōueniunt actui in quantum eſt actus.

¶ 12. Præ. Quod naturaliter eſt tale, ſemp & ubique tale eſt: ſed iuſta & bona nō ſemp & ubiq; talia ſūt: quædā n. iuſtum eſt fieri in vno loco ac tpe, q nō eſt iuſtum fieri in alio. Nihil eſt ergo naturaliter iuſtū aut bonum, & p cōſequens neq; iniuſtum aut malum. ergo omnis actus ſecundum ſe eſt indifferens.

SED CONTRA, eſt qd Aug. dicit in libr. de Sermone Domini in monte, qd quædam ſunt quæ non poſſunt bono animo fieri, ſicut ſunt ſupra, blaſphemia, & huiuſmodi, de quibus nobis iudicare permittitur. Non ergo omnes actus ſunt indifferentes.

RESPON. Dicendum, qd circa hoc apud antiquos Doctores fuit diuerſa opinio. Quidam enim dixerunt omnes actus de ſe eſſe indifferentes, quod alij negauerunt dicentes, quosdam actus eſſe per ſe bonos, & quosdam per ſe malos. Ad huius autem ueritatis inueſtigationem cōſiderandum eſt, qd bonū importat quandā perfectionem, cuius perfectionis priuatio malum eſt, ut utamur large nomine perfectionis, ſecundum qd in ſe comprehendit conueniētem meſuram, & formam & ordinem. unde Aug. in libr. de Natura boni conſtituit rationem boni in modo, ſpecie, & ordine, & in horum priuatione rationē mali. Manifeſtū eſt autē qd nō eſt eadē pfectio ppria oīum, ſed diuerſa diuerſorū, ſiue accipiatur diuerſitas q eſt inter diuerſas ſpecies, ut inter equū & bouem, quorum eſt diuerſa perfectio: ſiue inter genus & ſpecie, ut inter animal & hominē, aliqd. n. p p tinet ad pfectionē hominis, quod nō pertinet ad pfectionem aialis. unde aliter oportet accipere bonū aialis, & bonum hoīs, equi & bouis: & idem dicendum eſt de malo. Manifeſtum eſt. n. qd nō habere manus in hoīe eſt malum, nō autem in equo aut boue, aut eē in aiali in quantum eſt animal. & ſimiliter dicendum eſt in actibus de bono & malo. Nam alia

Lib. 2. ca. 11. par. 1. prim. com. 4.

Cap. 26. & 27. com. 6.